

(12) O magni imp., qui scitis altius fundari remedia, quae etiam malis¹⁰ consulunt, qui se etiam necessarios fecerint. Et iam fructus tan-
 (13) tae vestrae providentiae emerget¹¹. Legebatur etiam nunc apud nos oratio¹², sed ubi rumore delatu[m e]st¹³ questus (*sic*) lanistarum recisos, fis-
 (14) cum omnem illam pecuniam quasi contaminatam reliquisse, statim sacerdotes fidelissimarum Galliarum vestrarum¹⁴ | (15) concursare, gaudere, inter se loqui.

(16) Erat aliquis, qui deploraverat fortunas suas creatus sacerdos, qui auxilium sibi in provocatione ad principes facta constituerat¹⁵. Sed |
 (17) ibidem ipse primus et de consilio amicorum: quid mihi iam cum appellatione?¹⁶ Omne onus, quod patrimonium meum opprimebat¹⁷, sanc-
 (18) tissimi imp. remiserunt; iam sacerdos esse et cupio et opto et editionem muneris, quam olim detestabamur, amplector. |

(19) Itaque gratiae appellationis non solum ab illo, verum et a ceteris petitae, et quanto plures petentur!¹⁸ Iam hoc genus causarum diversam formam |
 (20) habebit; ut appellet qui non sunt creati sacerdotes, imo populus. |

(21) Quae igitur tantis tam salutarium rerum consilis vestris alia prima esse sen[t]entia¹⁹ potest, quam ut, quod singuli sentiunt, quod universi, |
 (22) de pectore intimo clamante²⁰ ego censeam? |

(23) Censeo igitur inprimis agendas maximis imp. gratias, qui salutaribus remediis, fisci ratione post habita, labentem civitatum statum et prael-
 (24) cipitantes iam in ruinas principalium virorum fortuna²¹ restituerunt, tanto quidem magnificentius, quod cum excusatum esset, reti-
 (25) nerent quae ali instituisent et quae longa consuetudo confirmasset, tamen olli²² peraeque nequaquam sectae suae congruere arbitra-
 (26) ti sunt male instituta servare et quae turpiter servanda essent institueret²³.

(27) Quamquam autem non nulli arbitrentur, de omnibus, quae ad nos maximi principes rettulerunt, una et succincta sententia censendum, |
 (28) tamen, si vos probatis, singula specialiter persequar verbis ipsis ex oratione sanctissima ad lucem sententiae translatis, ne qua ex parte pravis in-
 (29) terpretationibus sit locis²⁴.

Itaque censeo, uti munera, quae assiforana²⁵ appellantur, in sua forma manent²⁶ nec egrediantur sump|- (30) tu HS XXX. Qui autem supra HS XXX ad LX usque munus edent, is²⁷ gladiatores tripertito praebeantur numero pari²⁸: summum pre- (31) tium sit primae parti quinque milia, secundae quattuor milia, tertiae tria milia²⁹. A HS LX ad C usque trifariam coetus gladiator. divisus | (32) sit: primi ordinis gladiatoris summum pretium sit VIII, mediae classis VI, deinde quinque. Porro a centum milibus ad CL quinque sint mani- (33) puli, cuius primi pretium sit XII, secundi X, terti VII, quarti VI, postremo quinque. Iam